Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



manendi habitandi et commorandi quo voluerint et sibi videbitur expedire quam ma
numissionem franchisiam et libertatem et quitantiam prefatis a. b. c. et suos heredes et
successores solemni stipulatione premissa promisit et convenit dicto tali presenti scienti et recipienti ratam
gratam et firmum perpetuo habere et tenere et in nullo tempore contrafacere vel venire per se
vel alium aliquo modo vel causa devenire vel de facto ingenio aliquo vel scelere sine fraude
sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum mobilium et immobilium
et eius omni exceptione iuris canonici et civilis et omnibus aliis exceptionibus iuris allegationibus
consuetudinibus patrie et loco privilegii fori et legi dicenti generalem renuntiationem non va
lere nisi quatenus est expressa et omnibus aliis iuris et consuetudinibus per que seu posset
nullo modo aliquo futuro tempore protegere vel iuvare et pro predictis firmiter observandis
dictus a. submisit omnia bona sua sub compulsioni cohercioni cuiuscumque iurisdictio
nis ecclesie vel secularis per censuram cuius vult excommunicari aggravari reagravari et a
restare si contrafaceret in predictis nullatenus circa predicta vel aliquod predictorum quia non
manumissionem franchisiam et libertatem voluit et requisivit dictus tal. tali sigilli

De libertate et absolutione coloni

appensione roboratis sicut etc.

·X28· A. absolvit et sponte liberavit s. puram et requirentem et pro eo et suos heredes et successores
in perpetuum ab omnibus rotulis servitiis et censibus cuius quarta quinta sexta tacitis
correatis et generaliter ab omni onere servitiorum et obsequiorum et a protestatione omnium operum
et ab aliis omnibus et singulis in quibus tenebatur seu tenere poterat debebat nunc et
in futurum dictus s. eidem a. suisque heredibus et successoribus ratione cuiusdam mansisti in tali loco
confrontationibus etc. nomine ius quod habeat seu habere posset in posterum in dicto manso seu contra
dictum s. et eius heredes ratione dicti mansi dedit concessit finivit ac quitavit penitus
retinens in predictis seu in manso predicto promittens dicto s. bona fide solempniter
stipulanti sub ypotheca rerum suarum quod nunquam veniet vel faciet contra absolutionem et
renuntiationem predictam confitens et recognoscens quod predictam acquisitionem fecit dicto l. pro e.
libris quas dictus s. propter hoc sibi numeravit solvit et dedit sic quod inde se tenuit
pro contento et dictum s. exinde acquitavit renuntiavit per pactum exceptionem et iuris quibus possit etc.

Manumissio seu franchisia sive magis plene

·X29· Cum redemptor noster totius conditor creature ad hoc propiciatus humanam
voluit carnem assumere divinitatis sue gratia dirupte quo tenebamur captivi vi
culo servitutis pristine nos restitueret libertati igitur si homines quas ab initio na
tura liberos protulit et nos gentium servitutis servitutis iugo subegit in quo nati
fuerunt manumittentes beneficio libertatis tradantur dignum utique reputamus in dicto
ego a. huius rei consideratione promotus pietatis intuitu do et trado tali et eius
uxori et filiis suis eorumque omnibus filiis et liberis masculis et femellis presentibus et fu
turis libertatis puram secundum usum et consuetudinem civitatis rationem ex hac hora in
antea libero cives que rationem efficiens liberans et eximens penitus et dimittens
nunc in perpetuum eos omnes et quemlibet ipsorum a mea potestate manu domino et ab omni